Przewoski Francisci Josephi: Quaestio theologica de dominio liberi arbitrii supra suos actus et bonitate ac malitia eorundem.

(+)

In Nomine Domini, Amen.

QUÆSTIO THEOLOGICA,

DE

DOMINIO LIBERI ARBITRII, SUPRA SUOS ACTUS, ET BONITATE AC MALITIA EORUNDEM,



Ex D. Thoma Decerpta:

A

M. FRANCISCO IOSEPHO PRZEWOSKI, SACRÆ THEOLOGIÆ LICENTIATO, & Professore Zielonecensi, Ecclesiæ Collegiatæ S. ANNÆ Decano, Scholastico Curelouiensi, Contubernij Hierosolymitani Prouisore, Uniuersitatis Cracouien: Procuratore,

PRO

DOCTORATV IN SACRA THEOLOGIA,

publicè ad disputandum,

PROPOSITA,

In Ecclesia Collegiata Diuæ ANNÆ.

Anno à Natiuitate Domini, M.DC.LXXXIV.

Mense Ianuario, Die 27. Horâ 14.

CRACOVIÆ, 6.
TYPIS VNIVERSITATIS.

QUÆSTIO THEOLOGICA,

De dominio liberi arbitrij suprà suos actus, & bonitate ac malitia eorundem.

V. Liberum hominis arbitrium in regno animæ supra suos actus, tàm Ordinis naturalis; quàm supranaturalis, dominiũ obtinens, illud cum dependentia à præuia Dei motione, quasi Physicè concurrente saluâ suâ libertate ita exercet; vt bonitas illorum in Deum, malitia verò in hominis voluntatem, sit referenda; Necne?

CONCLVSIO I.

Liberum hominis arbitriũ in regno animæ obtinet dominiũ super suos actus, tàm ordinis naturalis; quàm supranaturalis.

COROLLARIA.

I. Caluinistæ negantes hominẽ in suis actionib⁹ esse liberũ pugnãt cum doctrina reuelata, naturali, & experimẽto.

II. Licet voluntas humana habeat dominium, suprà suos actus; necesse est tamen dare dominium suprà dictos actus altius dominio liberi creati.

III. Dominium supèr actus supernaturales supponit in libero arbitrio auxilium Dei gratuitum.

IV. Liberum hominis arbitrium non solùm habet dominium suprà actus elicitos, sed etiam imperatos.

V. Actus intelligendi, & volendi primo primi exempti sunt ab humani liberi arbitrij potestate.

CONCLUSIO II.

IN regno animæ liberum arbitrium hominis exercet dominium suprà suos actus, tàm na-

turales, quàm supranaturales dependenter à præuia Dei motione quasi Physicè cõcurrente.

COROLLARIA.

I. Liberum arbitrium, & quoad esse, & quo ad operari dependet à Deo.

II. Non est possibile arbitrium hominis prodire in actũ absq; Dei præmotione in voluntate hominis recepta.

III. Nec sufficit solus moralis Dei concursus, vt sequatur actus voluntatis liber.

IV. Liberum arbitrium nequit dici simpliciter primum se determinans.

V. Præmotio Dei non dependet ab hominis arbitrio.

CONCLUSIO III.

LIbertas humanæ voluntatis in vsu dominij suprà suos actus dependente à præuia DEI motione remanet salua.

COROLLARIA.

I. Libertas humanæ voluntatis est participata.

II. Præuia Dei motio perficit humanæ voluntatis libertatem.

III. Præmotio Dei Physica ita determinat voluntatem hominis ad vnum, vt relinquat indifferentem ad oppositũ.

IV. Voluntas ita est domina suarum actionum, vt cuiusuis causæ exterioris excludat violentiam.

V. Necessitas consequentiæ humanæ voluntatis, non tollit libertatem.

CONCLUSIO IV.

BOnitas actuum hominis liberorum, in Deum est referenda.

COROLLARIA.

I. Actûs humani boni, siue naturalis, siue supernaturalis Ordinis, Deus est auctor.

II. Deus sub alia ratione concurrit ad bonitatem actus naturalis Ordinis, sub alia ad bonitatem supernaturalem.

III, Quod actus humani sint meritorij vitæ æternæ, id totum est à Deo.

IV. Deum & voluntatem humanam concurrere, ad actionem partialiter non est admittendum.

V. Deus ad bonitatem actuum humanorum, etiàm concurrit efficienter.

CONCLUSIO V.

MAlitia actuum liberi arbitrij in humanam voluntatem, est referenda.

COROLLARIA.

I. Actûs moralitèr mali, causa principalis est humana voluntas.

II. Impia, & blasphema hæresis est, constituere Deum esse authorem actus moraliter mali.

III. Sensus appetitus inferior & ratio non sufficiunt ad hoc, vt voluntas hominis in malum actum prodeat.

IV. Voluntas in exercendo actu malo morali, non est obnoxia coactioni.

V. Deus ad actus moralitèr malos habet se permissiuè

Cui sit Laus perennis.





SVB FELICISSIMIS AVSPICIIS,
Magnifici, Perillustris, & Reuerendissimi Domini,
D. M. JACOBI BALTAZAROWIC,
inter Collegas Maiores, Senioris Patris,
SACRÆ THEOLOGIÆ LICENTIATI,
Ecclesiarum, Cathedralis Cracouien: Canonici, Collegiatæ SS. Omnium Præpositi, Curati Prosouien: Contubernij Staringeliani Prouisoris, Studij Almæ Vniuersitatis Cracouiensis,
GENERALIS RECTORIS.